

Patres Societatis admissi fuerant in civitate Gandensi anno 1586. atque ab eo tempore usque ad annum 1643. tati in Ecclesiis Parochialibus, quam Sacellis Ecclesiis Parochialibus subiectis catechizationes parvulorum diebus Dominicis & feriis quintis habuerant. At hoc anno septem Parochi civitatis Gandensis exposuerunt Episcopo, præcipuum munus Pastorum esse, ritè instruere parvulos eiusque verbi Divini pabulum subministrare, & panem frangere; ideoque se intèdere, muneri illi per se conformiter ad jus naturale, & Ecclesiasticas sanctiones sedulo incumbere; eumque in finem gratias agere Patribus Societatis pro labore, quem in hoc pio opere spatio circiter 60. annorum subierant.

Episcopus audito suo Vicariatu respondit, liberum esse Pastoribus gratias agere Patribus Societatis pro labore hæcenus impenso in catechizatione diebus Dominicis hora primâ pomeridianâ, & feriis quintis per hebdomadam in Ecclesiis Parochialibus & Sacellis; ac posse post hæc per se vel suos Vice-Pastores in suis respectivè Ecclesiis Parochialibus, & Sacellis quæ ipsi sunt subiecta, hæc instructiones facere; quòd possint melius Agnos suos agnoscere, & ipsi ab illis agnoscere.

Verum contra tum Episcopi, tum Parochorum resolutionem causam Patrum Societatis suscipere Scholasticus Ecclesiæ Cathedralis & Magistratus, obtuleruntque respectivè libellum supplicam Concilio Sanctiori, exponentes, Patres Societatis ea conditione ad civitatem Gandensem fuisse admissos, ut catechizationes parvulorum haberent; eaque tanquam eorum instituto & professioni conformes ipsi per Scholasticum & Magistratum, quibus ex officio incumbit instructioni juventutis intendere, demandatas & spatio 60. annorum continuatas.

His aliisque tum ex parte Scholastici tum Magistratus allegatis argumentis, reposuit Episcopus: Ut verum sit, Patres ex suo instituto mitti ad catechizandum, eaque conditione ad civitatem Gandensem fuisse admissos; certissimum tamen esse, non nisi in qualitate *subsidiariorum* venire, nec alia conditione vel in hanc civitatem, vel in Belgium esse admissos: Quæ admissio nullatenus juri ordinario Parochorum derogare potest.

Similiter quæcumque auctoritas vel Scholastico vel Magistratu competat instructioni juventutis invigilandi, ea tamen nequaquam impedimento esse potest Parochis volentibus muneri catechizandi sibi subditos satisfacere, sed ex adverso, si quæ his esset auctoritas, eam impedire deberent, ut Parochi huic suo officio, ad quod præcepto divino teneantur, sedulo incumbere.

Hoc unum penè fuit, quod omnibus tam ex privilegiis, & instituto Societatis, quam ex jure Scholastici & Magistratus petitis argumentis reposuit Episcopus; idque eo successu, ut 18. Martii 1644. Concilium Sanctius pro Episcopo judicaverit; translationemque Stationum à

Patribus Societatis ad Parochos probaverit. Cujus sententia meminit quoque Zypæus *Responsio 4. de Parochiis.*

VIII. Tertium Argumentum suppeditat sententia Senatus Brabantiae pro Præposito, Pastore & Aedituis Ecclesiæ Parochialis frigidum Montis in civitate Bruxellensi contra Patres Dominicanos.

Patres Dominicani continuaverant Stationes concionandi omnibus diebus Festis collectamque per aliquem eius tempore concionis per duo integra sæcula in dicta parochiali Ecclesia. At anno 1674. Aeditui unâ cum Pastore expeditentes Ecclesiæ suæ egestatem, intimaverunt Patribus Dominicanis, se non posse ultra permittere dictam collectam in commodum Conventus ipsorum; eamque post hæc faciendam in utilitatem Ecclesiæ; cumque non obstante hac intimatione die 1. Maji ejusdem anni Patre Dominicano concionante Socius ejus se ad colligendam elemosynam more consuetudo accingeret, impeditus fuit ab Aedituis. Hinc Patres Dominicani ad Senatum Brabantiae recursum habuere & allegata immemoriali possessione faciendi dictam collectam & turbatione, litteras *manutentia* obrinuerunt: Quibus se unâ cum Præposito & Pastore opposites Aeditui dixerunt, hanc collectam esse nudam sequelam & appendicem Stationum concionandi.

Porro Stationes illas esse merè precarias & ad nutum Pastoris revocabiles, & consequenter, cum Pastor egerit gratias Patribus illis pro concionibus, nihil planè juris illos sibi posse asserere ad dictam collectam; ac per consequens litteras manutentia per sub- & obreptionem esse obtentas sustinuerunt: & ita cum expensis declaravit Senatus 3. Octob. 1675.

IX. Quinimo licet Stationarii deputatio sit penes Capitulum v. g. ut Pastorem primitivum, aut Ecclesiarum Aedituos; nihilominus Parochi per se concionari volenti cedere debere non semel judicatum fuit. Et quidem cum Capitulum S. Petri Lovanii jure primitivi Pastoris nominasset in concionatorem Adventus & Quadragesimæ unum de Societate, voluit ejusdem Ecclesiæ Plebanus per se diebus Dominicis Adventus & Quadragesimæ concionari, quod hæcenus per Stationarium à Capitulo fieri consueverat, cumque nonnulli Canonici causam Stationarii sustinere vellent, quaestione ad supremum Brabantiae Senatum delata, jus concionandi excluso Stationario adjudicatum fuit Plebano anno 1648.

Refert quoque de Sercy in libro Gallico cui titulus: *Definitions du Droit Canon &c. tit. de Aedituis n. 19.* Aedituos interdum habere jus ex consuetudine immemoriali nominandi concionatorem Adventus, aut Quadragesimæ, sed tamen Parochum posse hujusmodi concionatorem reculare, si ipse velit per se Conciones habere: Et ita, autem semper fuit judicatum.

ADDITAMENTA.

AD NUM. V. & VIII.

Sententia Congregationis Eminentissimorum DD. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, quâ asseritur jus & obligatio Parochorum per se tradendi doctrinam Christianam.

Exortâ Controversiâ inter Parochos & Patres Societatis Jesu super jure docendi doctrinam Christianam in Ecclesiis Parochialibus, allegantibus his consuetudinem nonagenariam, illis verò competentiam ex proprio munere, supplicatur S. Congregationi pro declaratione.

Die 8. Martii 1681. S. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit nullum jus competere Patribus Societatis Jesu docendi doctrinam Christianam in Ecclesiis invito Parocho, nec in aliis invito Titulari. Et facta de præmissis relatione Sanctissimo, Sanctitas sua sententiam S. Congreg. approbavit, addens præterea non modò ad Parochos hoc spectare, verum teneri per se ipsos docere, atque ad eorum partes explendas ab Archi-Episc. juris mediis cogendas esse.

Si verò aliorum operâ uti debeant, mens est Sanctitatis suæ quod Parochi potius, quàm alios, adhibeant Patres Societatis Jesu.

Erat signatum F. Cardinalis Columna præfectus & contra signatum S. Archi-Episcopus Brancaccius Episcopus Viterbiensis.

Et erat munitum sigillo dicti Eminentissimi Domini Cardinalis præfecti. Concordantiam cum suo originali asservato in Archivis Archi-Episcopalis Bruxellis attestor. Et erat signatum J. de Martyre Secretarius Illust. & Rev. Domini Archi-Episcopi Mechliniensis. Concordantiam attestor.

J. VAN LAETHEN Not.

Sententia Consilii Brabantiae pro jure Parochorum per se concionandi non obstante Statiariorum immemoriali possessione.

Cum in Consilio Clementissimi Domini Nostri Regis Caroli ejus nominis secundi, Regis Castiliæ, Legionis, Aragoniæ, utriusque Siciliae, Jerosolymæ, Lusitaniam, Navarrae, &c. Archiducis Austriae, Ducis Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiae, Limburgi, &c. Comitum Habsburgensis, Flandriæ, Artesiæ, &c. constituto in hac sua Provincia & Ducatu Brabantiae, quaestio & his mota fuerit inter Patrem Priorem & Conventuales Patrum Prædicatorum hujus civitatis Bruxellensis Impetrantes ab una, & Dominum Præpositum, Pastorem, Aedituos & Magistros Pauperum Ecclesiæ Parochialis de Caudenberg ejusdem civitatis reos citatos ab altera partibus, in qua cum partes in rotula 7. Novembris 1674. regulata fuissent verba sua in memorias reducere, atque hinc inde satisfactum fuisset, impetrantes per suos dixissent in substantia. Primo quod cum ipsi Impetrantes vel ab anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto & sequentibus, ulteriusque usque ad exhibitionem dictarum memoriarum, Stationem suam semper habuerint in Ecclesia Parochiali Citatorum, ad concionandum in eadem Ecclesia quibuslibet Festis totius anni, pariterque ad corrigendum cum scutella elemosynam pro dicto suo Conventu, tempore Concionis in eadem Ecclesia per aliquem suorum Religiosorum, signanter cum id notorie constaret ex documentis id concernentibus penes ipsos prædecessoresque eorum omni tempore asservatis, quodque dicti Impetrantes à prædicto immemoriali tempore usque ad præfatam exhibitionem memoriarum pacificè & quietè à possessione gavisi essent, ut in prædictis concionibus Stationariis in dicta Citatorum Ecclesia circuitum per quemdam Religiosorum suorum pro elemosyna sui Conventus, pro id omnibus manifestum erat, his nihilominus non obstantibus contraxisset primâ die Maji anni prædicti 1674. concionante in præfata Citatorum Ecclesia, hora ordinariâ Patre Procuratore Conventus Impetrantium, eoque juxta præfata consuetudinem auditoribus omnibus commendante elemosynam, cum exinde focus ejus cum capsula sua circuire intenderet, hoc ipsi viâ facti fuerit inhibendum ab Aedituo & Magistris pauperum ejusdem Parochiæ, quæ usque fuerant inconsiderati, ut via meri attentati, turbationis viâ facti, & novitatis, specialiter vero idem Aedituus, fratri Laico Impetrantium & Socio præfati Patris Procuratoris inhiherent circuitum cum scutella sua elemosynaria, ita ut præfatum fratrem laicum recedere & abire compulerint, non sine magna admiratione scandaloque publico quorumvis auditorum, pariterque cum maxima ignominia & contemptu sui Conventus, quin imò quod amplius est, quod idem Aedituus publicè scutellam clausisset, tali modo Impetrantium pacificam & immemorialem possessionem impediens, quod plene constaret ex testimonio præparatoris & depositionibus Joan. Beckers & Joan. van Essche, qui concioni isdem die & hora interfuissent, posse verò idem amplius plurimorum testimonio roborari & manifestari, causa eo directâ, quod talia & via facti attentata directè repugnarent sæpius memorate præfata & immemoriali possessioni Impetrantium, itidemque essent contraria Diplomatum quibusvis & Edictis Supremorum hujus Belgii principum, quodque insuper quo providerent, jurisque sui aequitatem conservarent, Impetrantium consilium fuisset ad prædictum Consilium concurrere, quod idem consecutivè humillimè implorâssent & requisissent, idcirco ut eidem placuisset in finem præscriptum ipsis concedere litteras patentes manutentia in forma, quod conformiter ad prædictas ipsorum preces eadem ipsis litteris indulgenter concesserint & expeditæ à die 7. Maji 1674. quod eadem in promptis etiam executioni mandari curassent, ad diem undecimam ejusdem mensis Maji 1674. per primum præfati Consilii Apparitorem, prout ex ejusdem relatione pateret, quod idem primum Apparitor, cum ei debite innovisset de possessione Impetrantium, & turbatione viâ facti Citatorum, eosdem impetrantes nomine Suae Majestatis ut Ducis Brabantiae manutentisse in possessione circumcuncti cum scutella per Religiosos suos tempore concionis Stationum suarum in dicta Ecclesia, pariterque emolumentorum inde provenientium, & eorum que inde dependere, quod idem primum Apparitor tum insuper jussione expressè mandasset Aedituo Pepermans, omnibusque ad quos spectare posset, ne Impetrantes in pacificè & tranquilla sua possessione ejus quod supra memoratum est turbarent, aut quovis modo impedirent; ulterius ut ipsi Citati impedimenta quæcumque, & turbationes dicta pacifica & tranquilla possessioni contrarias indilate & sine ulla mora absque sumptu & damno amoliri tenerentur & reparare. Quod dicti Citati videlicet tam Aeditui quam Magistri pauperum prout & Pastor primario Apparitori exequenti in promptis respondissent Impetrantes deinceps in Templo suo non concionaturos, aut ad Templum suum venturos (quod maxime notandum foret) ut in concionibus suis que singulis diebus anni Festis haberentur circumirent cum scutella, quod ipsi Citati impetrantibus expressè admodum inhiherent ne cathedram suam in prædicta Ecclesia sua ascenderent, quodque talis esset præsentem intentio Pastoris ejusdem Ecclesiæ, quod ipsi Citati non obstantibus præmemoratis rigorosis mandatis & Edictis hujus Supremi Consilii & in contemptum autoritatis ejusdem eo usque fuissent temerarii, idque in præjudicium prædictæ manutentia executioni mandata, ut die secunda Pentecostes anni elapsi 1674. mero attentato & viâ facti impedivissent Patrem Godefridum Goddry Religiosum Ordinis Impetrantium quo minus cathedram ascenderet, & juxta antiquam & immemorialem suam possessionem in prædicta Citatorum Ecclesia concionaretur hora octava matutina, quod ipsi Citati in eum finem & effectum videlicet dictus Pepermans cum suis, introsum ad jam dictam cathedram novam jussissent affigere, nec clavem tradere voluissent quâ aperiretur, quod ipsi Citati è contrario istorum, speciatim dictus Pepermans cum magno scandalo & ignominia Ordinis Impetrantium, vice Patris Godefridi Goddry Patrem quemdam Capucinum dictam cathedram jussissent ascendere, ut ibidem vice ipsius concionaretur, que omnia plenè constarent ex præparatoris & juratis attestacionibus Huberti Goossens Professione sua Typographi in hac civitate, & Adriani van der Ulot Professione Oenopoli qui in memorata Ecclesia tum præsentem interfuere, quod dictus Pepermans contra primum Impetrantium injuriosa & scandalosa quædam verba protulisset, quod super eo & super memorata viâ facti in promptis nomine Impetrantium tanquam super mero attentato facta fuerit protestatio, simulque fuerint requisita de super litteris patentes attentati in talibus causis servientes, cum ulteriori interdico ne simile quid in posterum attentaretur, sub poena sexaginta realium aureorum qui cederent emolumento Suae Majestatis, quodque exemplar illarum traderetur in manu Officii Fiscalis, ut ad omni præparacionem sui muneris debitum exequeretur, quod viso hoc libello, & consulto Officio Fiscalis, idem libellus remissus esset ad rotulam ut ibidem

bidem fierent supplicationes in eo expressè, inhibitione facta Citatis ne quid attentarent usque ad diem primam fervientem, quod dictis libellus in prasata rotula fuerit exhibitus, dataque illius inspectione Citatis, idem eo usque fuissent passione abrepti ut noluerint eidem acquiescere aut obedire, quod è contrario dicti Citati continue turbassent Impetrantes qui hactenus in tranquilla & pacifica fuerant possessione (ut supra dictum est) quod eum in finem nunquam permisissent Impetrantibus, ut prasata littera patentes manutentione effectum suum sortirentur, non obstantibus rigorosis mandatis, iussionibus & interdictionibus huius Consilii, quod idcirco, usque in hanc horam nunquam voluissent admittere Impetrantes, aut Religiosos ab eis missos ut concionarentur, aut cum scutella pro eleemosyna circumirent, sed eosdem semper dimisissent cum ignominia totius sui Ordinis & contemptu auctoritatis huius sive memorati Consilii, adeoque, ut supra dictum est, nolentibus Citatis acquiescere & obedire expressis mandatis que in prasatis litteris manutentione urgebantur & continebantur, ex parte Impetrantium fuerint citati ad opponendum per eundem primarium Apparitorem ad rotulam 30. Maji tum proximè elapsi post Vacantias, quod Van den Branden ibidem comparens pro Impetrantibus proponendo exposuisset contenta litterarum suarum patentiū manutentione, & conclusisset pro auctoritate mandatorum in eis expressorum, & alias pro recedentia cum expensis, damnis & interesse, quod Van den Branden eodem die exposuisset contenta in prasato suo libello in materia attentati, & conclusisset prout in eodem cum expensis, quod Du Preme pro Citatis contra conclusiones Van den Brande ibidem consignatas & captas esset contestatus die 27. Junii 1674. adeoque conclusisset pro sub- & obreptione dictarum litterarum patentiū manutentione, & ulterius ad non receptionem tam in materia principalis quam attentati, equidem in modo & forma cum expensis, idque maxime ob rationes pretensum quod Archiepiscopi nemini tribuerent auctoritatem ad concionandum nisi Pastores in eo consentirent, quod illud Impetrantibus esset pretensum notum, tam ex eorum patentiibus, quam ex quodam prasato mandato quod ipsis Pastor fieri curasset, quod ipsi pretensum mandatis talibus acquiescerent, in eumque sinem pretensum se domi continuissent feria secunda Paschatis, dieque Annuntiationis Divæ Virginis, quod per illud Impetrantes pretensum renuntiassent sue stationi, quod similes stationes essent revocabiles ad nutum Pastoris loci & Superioritatis Ecclesiastica, quod tale quid pretensum patuisset in statione Patrum Minoritarum Civitatis Mechliniensis qui similem stationem pretensum obrinebant vi contractus à multis annis in Metropolitana eisdem civitatis, quodque hoc contra Stationantes pretensum esset iudicatum in magno Consilio Sive Magistratus ibidem anno 1664. quod tales stationes pretensum precario donentur & concedantur, quod his postis ipsi citati Cathedrali suam ocludendo Impetrantibus turbationem nullam movissent, quod per illud iure suo usi fuerint & nemini fecerint injuriam, quod per illud pretensum multo minus attentarent, quod contra hac per Van den Brande pro Impetrantibus fuisse replicatum in rotula 5. Septembris tum proximè elapsi, adeoque concludendo perstitisset, ut alias ut ante ubique cum expensis, vel quod alias & c. idque propterea quod pro maxima parte postiones prasate responsionis Citatorum expresse admodum ab Impetrantibus negarentur, quod acceptaretur confessio à Citatis facta quod Pepermans cum suis origo esset & prima causa turbationis illius via facti, & modi agendi, quod preparatorie attestationum ibidem factarum acceptarent, quod contra hac Du Preme simpliciter loco duplici perstitisset, atque tale erit factum & caperantes à tempore immemoriali fuisse in pacifica & tranquilla possessione concionandi in Ecclesia Citatorum in quibuslibet annis Festis diebus, concionisque tempore circumveniendi cum scutella pro eleemosyna sui Monasterii, quod illud satis patuisset ex notitiis quas desuper tot saculis servassent, & in liti per extractum authenticum exhibitis, possentque ulterius manifestari ubi negotium ad id dispositum & ordinatum fuerit quod ipsi Impetrantes principaliter & unice ex auctoritate predicti Consilii se manutentionem suam, in possessione circumveniendi cum scutella pro eleemosyna sui Conventus, toties quoties in Ecclesia Citatorum riter que ipsam manutentione Diploma ad quod brevitate causa remitteretur, quod talis possessio & turbatio tanquam versans in negotio pure temporali spectaret ad notitiam Tribunalium Civilium, quod ipsi Citati & specialiter Pepermans ejusque consortes auctores & perturbatores fuissent pacifica & tranquilla possessionis Impetrantium, quod illud super abundè declararetur ex prascriptis, cum preparatorie attestationibus ex parte sepius memoratorum impetrantium traditis, preteritur quod omnes Canonice leges, omnes Synodi & Sacrosancta Concilia, per multa insuper Decreta sanctæque Sedis expressa mandata, qua ab imemoriali tempore usque ad prasatarum memoriarum exhibitionem emanarunt, nihil aliud elament, nisi quod Religiosis ex Ordine annuntiare, prout id instructive ulterius deducetur, quod non foret in potestate nullius esse Ecclesiastica Superioritatis talia revocare aut irrita facere, attento quod hoc ab eo fieri deberet qui talia Privilegia & potestatem ipsis, Ordini que ipsorum in perpetuum concessisset, quod id solummodo spectaret ad potestatem sua Sanctitatis qua propter rationem contrario in hac Privilegia magis & amplius auferentur ob beneficia & utilitates quas populus inde quotidie perciperet, hinc ne minima ratio quidem aut fundamentum subesset, cur talis ipsorum immemorialis possessio Impetrantibus denegaretur, ultra ea que superius sufficienter essent declarata quæque itidem suo tempore demonstrarentur (si opus foret) ultra confessionem ab ipsa Ecclesia S. Jacobi de Caudenberg ut constat ex actis per eos ipsos in lite productis, nec possent idem Citati ex quadam attestatione Philippi verdeler data 16. Maji tum proximè elapsi, & ab iis similiter in lite exhibitâ commodum ferre, attento quod per illam se idem jugularent, cum idem Deponens testabatur quod ad requisitionem Citatorum missus fuisset ad Monasterium Imnon circumirent, quod ad huc egerent testibus, & quid manifestius ad condemnationem Citatorum, quandoquidem per id ipsum possessionem Impetrantium quoad conciones de novo continuassent, turbationemque etiam tum solummodo movissent quoad temporalem, in materia manutentione nihil aliud secundum iura requireretur prater probationem possessionis & turbationem ex adverso motam, & consequenter, an Impetrantes quoties in Ecclesia Citatorum concionarentur, impediri aut turbari licuisset in circuibile quod Impetrantium littera patentes in hoc casu deberent confirmari cum expensis, damnis & interesse, cum possessio hic subperius clarè esset demonstrata, quin ipsi parti esset in confesso, quodque turbatio adversis hac mota, etiam resullaret ex factis ulterius ad superabundantiam probandi, si opus foret, quibus omnibus attentis & c. perstiterent etiam nunc Impetrantes expressè admodum prout alias, cum expensis, aut alias salutariter omni meliori modo, predicti verò Citati in scripturis suis memorialis dixissent sequentia in substantia, quod quandoquidem inter Citatos statutum esset ob graves admodum rationes, accedente etiam previo mandato Superintendententium eleemosynis Impetrantem cum gratiarum actione amovere, & indicare etiam

quod inutile foret ut deinceps Religiosos suos ad ipsorum Ecclesiam mitteret ad concionandum Festis diebus, quo sibi ad exclusionem ejusdem Ecclesie & Pauperum propria faceret emolumenta circuitus tempore concionis, predicti Edrui & Magistri Pauperum in corpore Imperantem de eadem resolutione certiores ante fecissent in Quadragesima 1674. exponentes ipsi magnam gravamen, necessitatem & paupertatem tam Ecclesie quam pauperum, super quibus cum Imperans deliberasset cum Patribus Discretis sui Conventus, respondisset personis prasatis, se nolle ut deinceps quispiam Religiosorum suorum Ecclesiam, prasatam concionaturus intraret, seque expunxisset & delevisset concionem seu Thema per quemdam suorum Religiosorum compositum & desinatatum concioni ibidem habenda, quæcirca conformiter ad resolutionem predictam & responsum desuper datum Religiosos suos domi detinuisset, feria secunda & tertia Paschatis, & Festo Annuntiationis Divæ Virginis, dum & conciones per alios fuerint habita, & circuitus pro eleemosyna factus ad emolumentum Ecclesie prasate & Pauperum, Festo autem SS. Apostolorum Philippi & Jacobi ad requisitionem Citatorum quemdam Religiosorum suorum mississet Imperans ut iterum concionaretur cui factum ne minima quidem subesset suspicio quod sibi voluisset Imperans attribuire predictam oblationem directe contra resolutionem ipsi intimatam, contigisset prout in prasato Edrui & Magistri Pauperum simile quid observantes, fratri Laico inhibuissent ne circumiret, quibus fuisse Imperans quasi verò permotus ut in hoc Consilio peteret litteras patentes manutentione, quibus obtentis ob retentiam verarum causa circumstantiarum, vi earum Citatis diem indicisset in rotula per primum Apparitorem 2. Maji 1674. ad trigesimam ejusdem mensis, quantumvis verò predicti Citati dicto primario Apparitori expressè declarassent hanc suam esse intentionem quod Religiosi Imperantium deinceps non concionarentur pro emolumentis oblationum quodque idcirco se vellent opponere, adeoque per annotata littera manutentione resolverentur in simplicem citationem, tam secundum jus scriptum quam praxim huius predicti Consilii, nihilominus Imperans, eo titulo quod cuidam Religiosorum suorum inhibuissent Citati ne concionaretur feria 2. Pentecostes ejusdem anni 1674. libellum ulterius obulisset 13. Maji & super inhibitione aut impedimento pretensum requisivisset litteras patentes attentati, obtinuissetque ut remitteretur ad rotulam cum interdictione provisionali usque ad primam, quod postmodum 30. per Procuratorem suum Van den Brande proponentem primò in materia manutentione jussum enarrari contenta litterarum suarum patentiū & conclusisset pro confirmatione mandatorum in eis expressorum, aut alias prout in mandato, & in casum liti ad recedentiam, facta Procuratori Du Preme occupanti pro Citatis earum litterarum visione cum tribus annexis prater relationem, & proponens eodem in materia attentati repetivisset similiter contenta libelli, concludens prout in eodem cum expensis ac sustinens quod concessa interdictione effectum suum continuaret fortiri, contra qua simul & semel respondentes Citati in rotula 27. Junii subsequenti conclusissent in finem ut littera patentes manutentione in hoc Consilio impetrata declararentur sub- & obrepticia, quodque Impetrantes, eo quod vi earum taliter, & prout fecerant, conclusissent pariterque in materia attentati declararentur, equidem in modo & forma non receptibiles cum expensis, aut alias & c. cum rationibus extra mandatum peremptorie allegantes, quod pretensum circuitus cum scutella tempore concionis super quo D. Imperans se voluisset manuteneri, in omnem eventum, ut accessorius solummodo considerari possent ad jus concionandi, quod autem Domini Archiepiscopi Mechliniensis in hac Diocesi auctoritatem non concederent concionandi nisi ea conditione, ut in hoc ipso pariter consentirent Pastores, prout id impetranti probè notum erat, & alias ex patentiibus Religiosorum possent videri, prater qua, verum esset quod Pastor in hac Citate ipsi prohibuisset in Parochiali sua Ecclesia concionari, cui inhibitioni effectivè etiam Imperans acquiescivisset, quin effectivè renuntiasset pretenso sua stationi juxta certificationes cum responsione prasate exhibitas, quod similes stationes precaria tantum reputarentur & dependentes pro omni tempore à voluntate Pastorum & alterius Ecclesiastica Superioritatis qui easdem possent revocare, prout simile quid patuisset in statione quam Patres Minorita Mechlinie vi contractus & à multis annis habuissent in Metropolitana Mechliniensis, cum enim in ea causa à predictis Patribus requisita essent littera manutentione, idem per sententiam desuper secutam in magno Sive Magistratus Consilio 12. Novembris 1665. declarati fuissent infundati & non receptibiles, quibus attentis dici non possent turbationem ullam moram esse contra Impetrantem per occlusionem Cathedra concionatoria, multo minus turbationem talem que redoleret attentatum aut viam facti, contra qua replicando Imperans, easdem allegationes licet admodum peremptorias nudè & simpliciter impugnasset per impertinentiam & negationem, nec quicquam ex sua parte novi in contrarium allegasset, cum autem Citati simpliciter loco duplici perstissent, partes in rotula septima Septembris tum proximè elapsi regulata fuissent rescribere per memorias, cui Citati satisfaciendo ex sua parte produxissent allegationes & deductiones hic supra factas quatenus inde possent conici Impetrantes non esse fundatos, his addendo quod concionare & Verbum Dei populo annuntiare prasapia Episcoporum esset sanctio juxta Apostolicam doctrinam & Concilii Tridentini testimonium sess. 24. capit. de reform. Imò Episcopis solis predicandi munus de jure competeret, ceteris non nisi ex ipsius concessione a se habere idem Concilium sess. 5. de reform. capit. 2. post S. Gregorium Nazianzenum & Philoformum de sacra Episcoporum auctoritate capit. 13. S. 1. hac concionandi auctoritas reputaretur ab Episcopis proprie & ad exclusionem quorumvis aliorum communicata Pastoribus, cuilibet in sua Parochia tanquam eorum Vicariis ibidem & Coadjutoribus, & juxta doctrinam Barbosa in Collectaneis ad idem Concilium Tridentinum sess. ... capit. 4. S. 4. unicum Impetrantium munus foret aliorumque Religiosorum subvenire Episcopis in predicationis ministerio cum rogati aut vocati forent, propter quas rationes etiam hic non liceret ullis Religiosis concionari in Parochiali Ecclesia, nisi cum venia Illustrissimi, que venia etiam non aliter concederetur, nisi ea conditione quod in eo consentire deberent Pastores, juxta notorias patentes Impetrantium & quorumvis aliorum Religiosorum, adeo ut cum Impetrantes de jure forent Impotentes ad concionandum in prasata Ecclesia Parochiali de Caudenberg nisi cum venia Illustrissimi & pariter Pastorum ibidem, pretenso eorum possessio non possent idcirco aliter admitti quam ut precaria aut gratiosa, quandoquidem notorium foret quod quidquid necessario deberet ex alicujus permissione fieri, revocari etiam possent ad nutum permittentis capit. si cui. de Præbendis in 6. & Bartol. in l. jubemus S. sanè si hac Cod. de Sac. Eccl. Commentarios faciens ad verbum PERMITTERE dum à legislatore usurpatur, denotat perpetuitatem propterea quod lex perpetua sit, contrarium tamen obtinet in aliis rebus præfertim gestis à particularibus, in quibus istiusmodi verbum significat actum temporaneum qui à permitteute post unum actum deinceps impediri possit utpote precario concessus. Adeo ut omnimodè infundatum esset quod ex speculatione quorundam actum consuetudine factorum ex necessitate & ex prævia permissione, deducere quis vellent possessionem ut manuteneretur juridicè invito & renuente permitteute, prout hic contingeret non solum contra voluntatem priorum Citatorum, verum etiam ipsius Illustrissimi Archiepiscopi, cum tamen munus predicandi in Ecclesia Parochiali adeo sit functioni Pastori annexum ut nemini, ne quidem pro tempore concedi possit nisi cum venia & interventione Pastorum, procul ab sit ut Religiosi ad similes Cathedras jus perpetuum possent prætere ratione alicujus possessionis, que non alia foret nisi precaria aut gratuita, non solum contra bonum institutum & ordinem qui in Hierarchia aut Ecclesia foret, verum etiam in præjudicium Parochianorum qui per talia à Pastoribus suis abstraherentur, privarenturque cibo aut nutrimento Verbi Dei ipsis per eosdem Pastores ministrando, tam de jure divino quam naturali, si quando autem Pastores ob multiplices occupationes idem per se facere non possent, tum exacti mu-